UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Jesus vulneratus. Turris Fortitudinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

Conſideratio XII.

JESUS VULNERATUS.

Turris Fortitudinis.

1. Duo ſunt communia aduerſus tentationes omnes *Pſalm. 60.*
media & remedia; eaque, vt notat S. Thomas,
ſunt; *Oratio & Exercitium.* Primò eſt *Oratio*: quia, vt
docent Theologi, graues tentationes ſuperari & euinci
nequeunt abſque Gratia Dei, & Gratia Dei non obtine-
tur abſque oratione: ergò abſque oratione neutiquàm
ſuperamur tentationes. Hac de cauſa Adamus dici-
tur ſuâ victus tentatione: quia ad Deum non confugit
orationis inſtructus armis. Secundùm medium neceſ-
ſarium eſt *exercitium*, quo eliciendi ſunt actus tentatio-
ni oppoſiti, veluti humilitatis contra ſuperbiam, ſpei
aduerſus differentiam &c. Utrumque medium com-
plexus eſt Chriſtus documento illo, quod dedit Apoſto-
lis ſuis: *Vigilate & orate: ne intretis in tentationem. Vi-
gilate* exercitio actuum, virtutis vitio oppoſitæ, &
orate.

2. Hæc oratio, iuxta D. Auguſtinum, conſiſtit in
rememoratione vulnerum Chriſti: *Cùm tentaris, fu-
ge, & intra in turrim*, hoc eſt, Chriſtum crucifixum, per *S. Aug. in*
vulnera, ceù portas. *Ipſe eſt turris fortitudinis à facie* *Pſal. 60.*
inimici. Ibi non modò non tangemur à ſagittis, nec
lædemur à iaculis; ſed creabimur in ſagittarios & iacu-
latores à Vulneribus, ceu iaculis inimicos noſtros feri-
entibus. *Quò cùm fugero, non ſolùm vitabo tela inimi-* *loc. cit.*
ci, ſed etiam in illum tela iaculabor. Hoc facere, eſt *1 Cor. 10.*
cum Apoſtolo *facere cum tentatione prouentum*, aut, vt
in Græco legitur, *progreſſum.* Enimuerò non duntaxat
non defendimus, ſed etiam vincimus, & de inimico re-
portamus ſpolia: ſic quoque non ſolùm non perdimus,
non patimur detrimentum; ſed etiam lucramur faci-
endo progreſſum in Gratia & virtutibus per actum vir-
tutum tentationibus ſuperandis oppoſitos. *Christo*

1. Petr. 4. *igitur paſſo in carne , & vos eâdem cogita-*
mamini.

Cant. 4. 3. *Turris Dauid ædificata cum propugnacu-*
Philo Corp. *clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.*
rim Dauid intelligitur Chriſtus. Et quis ...
ſtirpe Dauid eo fuit eminentior, quis fortior ...
tudo vndequaque aſſecurata, cunctis armis ...
fenſiuis, quàm offenſiuis, optimè munita, ...
tùm pro ſe, ſed etiam pro nobis. Tentaris ...
Reſpice Mundi Regem pelle ſpoliatum. ...
ſtimulis mentem tuam concitari & eleca...
Contemplare Maieſtatem illam humiliatam ...
trum vſque ignominiarum. Impuris affligeris ...
tionibus ? obtutum tuum fige in ſanctiſſima ...
ra, in puriſſimis illis viſceribus te contempla...
culare. *Omnis, omnis armatura.* Turris for...
nis in Eccleſia militante, vt de quiete certior...
mur in triumphante. *Quia factus es, ſpes mea, tur-*
Pſal. 60. *titudinis à facie inimici: inhabitabo in tabernaculo*
ſæcula.

Consideratio XIII.

CHRISTVS VULNE-RATVS.

Exemplar Virtutum.

1 Fidei, Spei, & Charitatis exemplum eſt in ...
& in Vulneribus Chriſti. *Eſt fundamentum*
S Bona. 1. p. Stim. Cant 3. docet S. Bonauentura) *fidei, erectio ſpei, inf...*
Charitatis. Eſt fundamentum fidei, quia in ...
ſtus ſe demonſtrat verum Deum, & verum hominem ...
doloroſis verum hominem; vt glorioſis verum ...
Eſt & excitamentum ſpei ob pretium Sanguinis ...
niq; incendium amoris propter ſummum dolorem ...
2. Eadē Paſſio eſt exemplar quatuor virtutū cardinalium ...
Prudentiæ, Temperantiæ, Fortitudinis, Iuſtitiæ ...